



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 20. Alia Duacensis Facultatis Theologicæ censura contra Lessium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

quoque ad sua studia pertraheret: cum vero Lindanus Doctorum judicio præventus, ab initio Styreni rationibus cedere recusaret, hic die quarta Decembris scriptum quoddam ad eundem transmisit in binas columnas divisum, in quarum una damnatas propositiones, in altera vero assertiones avitas Lovaniensis Scholæ doctrinis consonas exponebat, rogans, ut utramque doctrinam inter se conferre vellet. Lindanus re utrinque discussa ambas contendentium partes conciliandi medium esse excogitandum censebat: id vero eo facilius præstari posse significabat, si pauca quædam verba, vel quædam propositiones ambiguae omitterentur, cum ergo Styrenus hunc Præsulem suæ opinioni non adeo adversum, ac Societati propensum cerneret, hanc confessionem eidem gratulaturus denuo ad illum literas dedit.

§. XX.

*Alia Duacensis Facultatis Theologica
censura contra Lessium.*

*Cens. Facult.
Lov. 88
Duac. edit.
Paris. 1641.
pag. 21.*

Hæc cum interea gererentur, Facultas Theologica Duacensis pariter suam censuram pronuntiabat vehementioribus conceptam verbis, quam antea

Lova-

Lovaniensis Facultas adhibebat: porro Sæcul. XVI.
A.C. 1587.
illam Estius jussu Joannis Hauchini
Mechliniensis Archiepiscopi, Ludovici
Barlemontii Cameracensis Archiepi-
scopi, & Guilielmi Lindani Ganda-
vensis Antistitis adornabat: præprimis
vero Facultas primas tres propositio-
nes de sacra Scriptura tanquam teme-
rarias, atque ad sacrorum Codicum a
Spiritu sancto dictatorum dignitatem,
Majestatemque in contemptum addu-
cendam natas damnabat, Lessique opi-
niones non modo sanctorum Irenæi, &
Gregorii Papæ, sed etiam Gregorii de
Valentia, & Francisci Costeri duorum
Societatis Theologorum auctoritate im-
pugnabat. Postea ad ceteras proposi-
tiones de Prædestinatione, & repro-
batione transiens censuras tam sermo-
nis ubertate, quam rationum gravitate
magis amplas, quam Lovaniensium e-
rant, cuilibet propositioni annectebat,
præcipue vero sancti Augustini testi-
monii insistebat.

§. XXI.

Hæ censuræ multis minus probatæ.

Jam jam Mechliniensis Archiepiscopus *Imago primæ*
accerrimus hujus censuræ Promo- *Sæculi 1.6.*
tor unacum suo Socio Cameracensi Ar- *c. 4. p. 848.*
chipræsule in eo erat, ut Concilium
Provinciale celebraret, in quo omnes
Hist. Eccles. Tom. I. Ll Epi-